



Va  
19

I, 42

42.



I, 42.



Jonas Gelenius, de Albi fluvio.

Zwei Volumina der zwey folgen zu drucken;  
vom 1893. Jh. 98. 99. 1 fol. 03. 09. 12. 13. 14.





Q.D.B.V.  
**AD AUDIENDA**  
**INCLYTI GERMANIÆ FLUVII**  
**ALBIS**  
**ELOGIA,**  
**UT ET**  
**SPECTANDUM**  
**DRAMA ORATORIO-**  
**COMICUM,**

Qvō  
**NEPTUNUS ET BACCHUS DE EXCELLENTIA ET  
 PRÆSTANTIA CONCERTABUNT,**

*Ad diem XI. Maji, horis à secundâ pomeridianis*  
**PATRONOS, MÆCENATES**  
OMNESQUE φιλομάθες,

& in his

*Summè Rev. & Magnif. Ephorum, cum  
 Nobilissimo & Amplissimo Urbis Senatu, Scholæ  
 Crucianæ Nutrio benissimo,  
 qvâ fieri potest observantiâ  
 invitat*

**JONAS GELENUS, Cruc. Rector.**

---

**DRESDÆ,**  
**IN OFFICINA TYPOGRAPH. ELECTOR. SAXON.**  
EXSCRIBEBAT IMMANUEL BERGEN.

9

(a) in vita  
Agricolæ  
c. 30 §. 4.

Eriſſimè Princeps Histori-  
corum & πολιτεύτας Tacitus:

Omne ignotum pro magnifico est.

(a) Ita sane est: vilescunt ea, quæ affi-  
duo frequentantur usu, & conte-  
mnuntur, quæ admodum numero  
nostris sese oggerunt obtutibus.  
Clarissimum illud cœli lumen So-

lem, quo nihil est in hoc amplissimo mundi theatro vel  
ad speciem pulchrius, vel ad multiplicem rerum gignen-  
darum commoditatem utilius, quotidie oriri atq; occi-  
dere, destinatasq; temporum implere vices contuentur  
omnes, sed quia quotidianum hoc & usu pervulgatum,  
non intelligendi perpicacia, sed assiduitate sentiendi vili-  
penditur. Flumina non sine ingenti generis humani uti-  
litate affiduo volvi lapsu, rursumq; per varios multipli-  
cesq; anfractus ad fontes suos relabi (b) res certè vel stu-  
pore est dignissima; verùm ingens hoc DEI beneficium  
quotus qvisq; est, qvi ritè expendit? vel præterfluens  
ALBIS noster huic rei documento sit, ex cuius vicinitate  
licet tot tantaq; ad nos redundant commoda, tamen  
immortale hoc DEI munus paucissimi in nobis agnoscunt,  
qvin maxima potius pars atro ingratitudinis exputat cal-  
culo. Nostri igitur cùm sit muneris notitiam divini Nu-  
minis atq; stupenda opera, in qvibus non tantùm summa  
illius sapientia atq; potentia, verùm etiam paterna pro-  
videntia atq; ve benignitas elucet, mature teneris Discipu-  
lorum animis instillare, hanc de ALBI nostro materiem  
selegimus, quæ simul non injucundum exercendæ eloquen-  
tiæ argumentum præbitura videbatur. Ut autem de cla-  
rissimo hoc Germaniae flumine, consuetudine ita postu-  
lante, imò flagitante, etiam e nostra penu aliquid attulisse  
videamur, nonnulla, quæ inter legendum bonos Auto-  
res in privatas schedas conjeci, non absq; benigno beni-  
gni Lectoris, ita spero, **judicio in medium proferam.**

Cùm verò consuetudine eruditorum diurna jam  
tritum sit, anteqvam in tractationem rei condicatur, in  
nomen illius curatius paulò inquirere, age & nos eorum  
vestigia, licet fortasse non æquis passibus, persequamur.  
Cumq; tam angustis chartis universam de Albi nostro di-  
cendi seriem complecti velle, id verò esset

(c) Odyss. v. Χεδη περία μέγα λάζηα Θαλάσσης (c) itaq; in κατονομασίᾳ  
celeberrimi hujus fluminis dissertatio hæc nostra impræ-  
sens

sens occupabitur, reliqua procedente tempore, <sup>ad o. Deo's Señor,</sup>  
pro copiis ingenioli nostri per tractaturi. Clarissimum ita-  
que hoc non Misniæ tantum nostræ, verum totius Ger-  
maniae flumen à purissimæ Latinitatis autoribus, Velleio,  
Plinio, Tacito, Mela, aliisq; semper ALBIS nomine insi-  
gnitur, nisi quod sequioris ætatis scriptores, qualis Egin-  
hardus, Sigbertus Gemblacensis, (Gembloours) Adamus  
Bremensis, Helmoldus aliiqve Albiam appellant, unde  
Transalbiana Regio Saxonum, quæ alias Nordalbingia ap-  
pellatur. (d) Sed & Vopiscus in Probo \* hanc vocem cor-  
ruptè extulit, Albam enim vocat, vel ut in quibusdam co-  
dicibus <sup>o. πάντα</sup> Casaubonus Album se reperiisse afferit. In <sup>(d) Meibo-</sup>  
<sup>mius intro-</sup>  
bulla quadam Joh. XIII. Pontit. Rom. Albeam appellari <sup>\* c. 13.</sup>  
testis est Patriæ Iuæ Historicus Clarissimus Albinus. (e) (e) in Chro.  
Græcis Αλβιος & Αλβις audit, cuius Genitivum apud Dionem <sup>Misnens</sup>  
I. 55. in mendo cubare existimant eruditi, cum loco Αλβις,  
Αλβινος ibi legere est. (f) Germanis, ut nemo nescit, Elbe <sup>(f) Vid.</sup>  
dicitur, de cuius appellationis ratione mox videbimus, <sup>Hoffm. Lex.</sup>  
Bohemis verò per metathesin literarum Labe vocatur. In  
Svecia complures esse fluvios, qui nomen Albis induere,  
testes sunt Viri celeberrimi Conringius, Schefferus, Meibo-  
mius aliiq;, sed hac de re uberior differendi infra locus erit.  
Circa originem hujus vocis amplæ sunt autoribus dividiæ,  
aliter enim veteres, aliter longe ætatis nostræ Clarissimi Viri  
ea in re sentiunt. Ac primum quidem Latinorum ALBIM  
Germanicæ Voci Elbe cunabula sua debere, dubitare debet  
nemo, cum enim Germaniæ hic fluvius sit, a Germanis  
ejusdem appellationem Romanos accepisse proximè ad ve-  
ritatem videtur accedere. Neq; est quod mutatio vocalis  
secundæ in primam quemquam à fide sententiae huic arbi-  
tranda sufflaminet, quam enim facilis & crebra in linguis  
literarum sit commutatio, norunt & ii, qui nondum ære la-  
vantur. Ut nihil jam dicam solemne esse Romanis scri-  
ptoribus in fluviorum nominibus Ein A mutare, ut in AM-  
BRA Emmer/ Amisia, Em̄s aliisq; apparel, quam observa-  
tionem docuit nos jam laudatus Meibomius. (g) In sex (g) l. cit.  
autem, quantum quidem legere memini, scinduntur contra-  
rias opiniones in statuendo vocis hujus ortu Viri eruditissimi.  
Ac prima quidem eorum est, qui Albim ab Albedine dictum  
existimant, quod ejusdem coloris aquas flumen hoc trahat;  
verum hanc sententiam attulisse, ni fallor, refutasse est. Al-  
bis enim Germanicæ voci Elbe / ut dixi, non hæc illi origi-  
nem acceptam refert, ne dicam Albim nostrum minime albi

A ij

colo-

(h) Conf.  
celeber.  
Kirchm.  
Comment.  
in Tacit.  
Germ. p.  
413.

(i) Hom.  
Iliad. B.

(k) in Mar-  
chia Mi-  
nensi.

coloris undas vehere, sed plerumq; infuscum atq; turbidum  
incedere, qvod qvemq; nostrum sui docere possunt oculi. (h)  
Nec fortasse majoris ponderis est altera vocis originatio, ma-  
gnorum licet Virorū auctoritate subnixa, qvi a regione Asiæ  
minoris Alybe, Mysis olim contermina ejusdem appellatio-  
nem accersunt, qvum enim ruinoso hæc superstructa sit fun-  
damento, facile etiam ejusdem auctoritas concidit. Nimi-  
rum communis ille Germaniæ Praeceptor, qvem ut Virum  
auctoritatis magnæ & elegantiorum literarum in Germania  
Parentem, alii etiam non postremæ notæ Viri magno infe-  
cuti sunt agmine, Peucerus puta ejusdem Gener, Albinus  
noster, Reinerus Reineccius Viri sane *ισοεικωταῖς* aliquæ, qui  
postremus etiam peculiari commentario hanc opinionem  
adstruere magno laboravit opere. Philippus, inquam, No-  
men & Gentem Misnicam ab antiquissimo Mysorum popu-  
lo, cuius crebra apud veteres mentio, accersivit. Hunc enim  
omissis sedibus patriis in hanc Germaniæ oram commigrasse  
& ad Albim positis domiciliis Misnicæ Genti non originem  
tantum, sed & nomen dedisse. Cumq; huic finitimi olim  
fuerint Alybes populi jam Homero ipsi felicis metalli divi-  
tiis celebres, (i) societate itineris cum Mysis contracta in has  
etiam penetrasse terras, pauloq; supra Mysos ad Albis fontes  
sedibus locatis fluvio nomen *Θράσην* imposuisse. Ast hanc  
opinionem magnalias Viri Melanchtonis, nullo idoneo au-  
tore probatam, & sola vocabulorum similitudine sufful-  
tam gravissimis rationibus dudum prostraverunt ac contri-  
verunt Viri eruditissimi, Dresserus, Cluverius, Mollerus, Buch-  
nerus ingens illud Dresdæ nostræ decus, cujus rationes in  
compendio hæ sunt: quia migratio Mysorum & Alybum in  
has oras incerta: quia Tacitus Germanos *εὐλόγθοντας* esse do-  
cet: qvia Mysi viles & abjectus populus, nationi Misnicæ  
indecorus: qvia potius & propinquos magis & æquè ferti-  
les Marcomannorum campos occupassent, qvæ omnia  
Misniæ nostræ Tullius cultissimo oris eloquio diducit uberi-  
rus Orat. Panegyr. XXII. qvibus addi possunt argumenta  
Dresseri, qvæ habet Isagoges Historicæ parte V. p. m. 42. &  
validissima urbina, qvam adversus opinionem hanc addu-  
ctis lacertis intorquet celeberrimus Schurzleisch (k) eamq;  
plane prosternit. Cùm itaq; in has terrarum oras cum Mysis  
Alybes seu Chalybes, nam utrosq; eosdem existimant,  
nunq; venerint, neq; etiam Albis noster ab iis denomi-  
nationis originem traxerit. Sed promovendus gradus est.  
Tertia itaq; opinio eruditorum verè Julii Cæsaris Scaligeri est,  
(l) qvi

(l) qvi Albim nostrum à voce Germanica, halb derivat, quod (l) Beem. in  
medium fecet Germaniam, eamq; in duas æquales partes Orig. hujus  
tribuat; quam etiam in sententiam pedibus ire videtur di vocis Seal.  
ligentissimus rerum Bohemicarum scriptor Bohuslaus Bal- Hypercrit.  
binus. (m) Ast vereor sane priscos Germaniæ incolas, queis citat, Balbi-  
nullus scientiarum cultus, nulla bonarum artium experientia nus ejus  
fuit tam adcurate patriæ suæ limites perspectos habuisse, laudem mi-  
ut Albim per medium Germaniam invehì liqido scire po- litum Vien-  
tuerint; atque adeo Chaucos, Cheruscos, Longobardos, (m) Mi-  
Senonas, Hermunduros, Svevos reliquosq; Albis accolas scell. rerum  
de finibus Bructerorum, Tenderorum, Marsiorum, Usipe- Bohe-  
tarum, aliorumq; a se longius recedentium populorum pa- mica-  
rum fuisse sollicitos existimo. Saltem eo tempore, cum jam rum.  
hoc nomine gauderet Albis, medium Germaniam [nam ho-  
die quadantenus verum dixeris,] non dividebat. Etenim  
si Principis Geographorum Cluverii judicio stamus, lon-  
ge hodiernis porrectiores olim Germaniæ fuere termini, ut  
qvi Plinii Tacitiq; auctoritate Peucinos, alio nomine Bastar-  
nos dictos, in Germaniæ populis ordinet, horum autem se-  
des à Vistulæ fontibus, ad Pontum usq; Euxinum atque Istri  
ostia extentas fuisse tatis constat. (n) Discedit eqvidem ab (n) Clav.  
hac sententia supra jam laudatus Balbinus, (o) qvi Bastarnas Germ. an-  
Moschicæ originis populum existimat, veum Cluverii ra- tiqua l. 3.  
tiones firmiore tali nobis infistere videntur, quam ut ab c. 43.  
ipsis secessum faciamus. Casparus Danckverth in luculentif- (o) lib. 2.  
simo opere suo chorographicò natales vocis ab Alpibus Bo- Misc. c. 23.  
hemicis profluxisse putat. Sed ita Alpis, vel Alpius scriben- p. 97.  
dum foret, ne qvid dicam nusquam, vicinos Sudetes, minimū  
apud bonæ notæ scriptores Alpium nomine venire. Sequitur  
itaq; qvinta eaq; omnium contritissima opinio, qvæ hæc  
est: vocem Albis, nobis Elbe / Germanis inferioribus Elve  
à voce eilff vel Elve trahere ortum, quia videlicet undecim  
fontibus, seu rivulis originem suam debeat. Inter præci-  
puos sententiae hujus auctores Georgius est Fabricius, (p) (p) Annal.  
non obscurum in literis nomen qvi etiam fontes hos seu ri- Urbis Mi-  
vulos, nam utroq; nomine appellat, cum cura enumerat. siniæ lib. 1.  
Sed & jam ante Fabricium in hac fuit sententia Bilibaldus p. m. 16.  
Pirckheimerus, Patritius Noriberg. & Caroli V. Consilia-  
rius. (q) Hos itaq; tam Herculeos antesignanos magno inse- (q) Vide  
cuti sunt agmine alii, πολλοὶ ὡς μέμανες ἀντίθυσι, qvibus sese Bert. Com-  
adjunxit nuperus Albis nostri descriptor. Quid nos jam ment. rer.  
hic? Erroris damnabimus sententiam tot clarissimorum Vi- Germ. pag.  
191. 192.

A iij

rorum

rorum auctoritate & longi temporis præscriptione jam  
qvasiveritatis civitate donatam? Hanc certe non tantum

*Defendit numeros junctaq; umbone Phalanges,*

Sed & Nestorea canities, adeò ut imberbis Apollo Musæq;

Virgines obstrependi locum vix inveniant. At verò Bohusl.

(r) lib. i. c. Balbinus, (r) qui omnes Bohemiæ suæ, etiam abstrusissimas,  
4. Miscell. latebras perreptasse mihi videtur, nugarum postulat hanc  
Fabricii & asseclarum sententiam iisq; haud absimilem

*Madidis cantat qvæ Sostratus alis.*

Interibi meliorem non subjicit, nam qvæ de Scaligeri senten-  
tia supra diximus, in caducum inclinant parietem. Celeber-  
rimus Buchnerus, nomen Albi dedisse XL. fontes, de qvorum  
confluxu atque corrivatione profluat, inane ac vanum esse  
ait, idq; ipsum dudum ostendisse Albinum prudenterissimum  
harum literarum patriæq; Antiquitatis. (s) Verùm qvod pa-  
ce ac summa reverentia tanti viri dicere liceat, Albinum  
hanc sententiam rejicere, non memini legisse, qvin potius  
in Chronico Misnensi c. 24. p. 649. hæc ejus verba sunt: Es  
ist aber solche Meinung und Derivatio von den Eyll. Brun-  
nen so beym Ursprung der Elbe in Böhmischem Gebürge zu-  
sammen kommen / durch die Gelehrten am meisten aufges-  
nommen und approbiret worden / wie auch das 4te Buch  
der Chronicen Philippi hierzu stimmet / und Osius solches  
mit einem Verslein begreift:

*Nomen ab undenis fontibus Albis habet.*

Quid? si rejectis reliquis opinionibus hanc maximè ap-  
probare dixerimus Albinum? A vero sane nihil absconum  
dicere nos arbitrabitur, qvisqvis eundem absq; Saturniis,

(t) in de an. qvod ajunt, lemis inspexerit. Qvare celeberrimi ætatis no-  
tiq; statu Helm- stræ Viri Conringius, (t) Schefferus, (u) Meibomius (x) vo-  
stadii. cem hanc appellativam, seu ut eruditissimus Vossius rectius  
(u) in upsa- dici putat, communem esse existimant, qvæ priscis Gothis,  
lia sua. (x) Intro- qvemadmodum SALA etiam, aquam denotari; testimo-  
duct. in hist. nio huic rei esse complures in Svecia fluvios, qui omnes  
Inf. Sax. Albis nomine veniant. Sed juvat hac de re audire ipsum  
celeberrimum Conringium, ita verò ille in conjecturis de

(y) pag. 59. antiquissimo Statu Helmestadii: (y) inclytum maxime vici-  
num nostrum flumen Albis qvidem à Romanis Scriptoribus  
est appellatum, Germanis tamen populis semper Elff audiit.  
Qvæ vox est Gothis ferè nunc appellativa, καὶ ἐξοχὴν tamen  
passim apud Sveones multis fluviis quasi propria. Et vero  
ipse ille ibi omnium maximus, quo se Venerat in Oceanum  
exonerat cataracta Trolhetana celeberrimus, jam tum  
olim

olim Albus Gothicus latine scribentibus hinc est dictus. Hac enim jam ante sexcentos propemodum annos fuerunt verba Adami Bremensis: Ibi [in Sconia scil.] etiam est Albus Fluvius, qui oritur in predictis Alpibus, hoc est, montibus Norvegicis, perq; medios Gothorum populos, currit in Oceanum, inde & Gotelba dicitur, hodieq; proxima ostio hujus Fluminis arx ideo Elfsburg Westgothis nuncupatur. Habet & Wermelandia suum Fluvium Leet-Elff. Dalecarlia duos Dal-Elff. orientalem & occidentalem; Gestrikia Hesunda Elff. Botnia occidentalis Lulo-Elff & Baro-Elff orientalis Kiemi-Elff & Semo-Elff: Medelpedia collocata inter duo ingentia Flumina, quorum alterum Neurends-Elff, alterum Indals-Elff usurpat. Hactenus laudatus Conringius. Gemina his habet Cl. Meibomius: (z) Esse autem tam Elff, quam Sal voces appellativas, & significare quemque Fluvium, jam tum à viris doctis solide ostensum est. Quanquam autem non desint, quae adversus hanc sententiam venire possint

(z) l. cit.  
pag. 54.

diversa parte sagittæ,

ut cum Satyrico loquar, tamen quum eadem animum probabilitate sua maxime percutiat, in ea inprælens acquiremus, liberam interim Lectori benigno quid distent æra lupinis existimandi facultarem relinquentes.

Verum plura de ALBI dicenda sibi proposuere duo disciplinæ nostræ alumni, Adolescentes virtutis doctrinæq; & quod caput rerum est pietatis amantissimi, quorum alter

CAROLUS Gottlieb Seebisch/Dresd. Albus nostri ortū, progressum & in Oceanum influxum oratione pedestri delineabit: alter vero

HEINRICUS BENJAMIN Proniniß/Pirnensis, ejusdem laudes carmine non inconcinno amplectetur. Claudet agmen

ANDREAS Gottlieb MANITIUS, Eschdorf. Misnic. qui pro benevolia auscultatione decentes agit grates, & quia è Schola nostra in Academiæ lucem propediem abiturus est, meritam PATRONIS & PRÆCEPTORIBUS gratiam justis honoribus & memori mente persolvet, ac valere dicet.

Anteqvam autem hi pensum suum confiant atq; reddant, reliquus discipulorum grec, ut suam quoq; industriam approbare, Drama jucundissimum, Bacchi nimirum & Neptuni super excellentia & præstantia concertationem ex Masenii Exercitationibus Oratoriis sibi repræsentandum depoposcit. Qvorum laudabiles conatus ut solito favore & officio auscultationis PATRONI, FATORES atq; Amici dignentur. est quod vehementer rogo. Abituro autem discipulo nostro felicissimos in literis processus & virtutis doctrinæq; incrementa uberrima ὀλοφενόθεν appreco, quo & patriæ olim utilem operam navare, & Parentibus solatio amicisq; ornamento esse possit. P.P. in Elect. Dresda. V. Id. Maii M.DC.XCIII.

PER-

## PERSONÆ DRAMATIS.

- Jupiter.* Emanuel Wenkel/Geissingenſis.  
*Neptunus.* Joh. Georg. Menkel/ Drefd.  
*Bacchus.* Gottfr. Ephraim Thiele/ Marckersb.  
*Mercurius.* Gottfried Sachße/ Ortrant.  
*Triton.* Carolus Gottlieb Seebisch/ Drefd.  
*Thyrsiger.* Joh. Daniel Raphaël Drefd.  
*Hector.* Joh. Christian Rose/ Lichtenberg.  
*Nestor.* Joh. Christoph. Creil/ Cygnæus.  
*Narcissus.* Adam Gottlieb Zwirner/ Drefd.  
*Grammaticus.* Martinus Neumann/ Seebnicens.  
*Poëta.* Joh. Georg. Straube/ Drefd.  
*Orator.* Christian August. Berger/ Drefd.  
*Dialecticus.* Andr. Gottlieb Manitus, Eschdorp.  
*Musicus.* Christoph. Haase/ <sup>ueya-</sup> Kmelens.  
*Geometra.* Joh. Christian Eike/ Drefd.  
*Astrologus.* Heinr. Benjam. Promiz/ Pirnens.  
*Plebejus.* Joh. Christoph. Windler/ Schandav.  
*Pauper.* Joh. Christoph. Bitschel/ Rauslicens.  
*Dives.* Joh. Christ. Wiesener/ Drefd.  
*Rusticus.* Joh. Conrad. Zetschner/ Stolp.  
*Medicus.* Sam. Gottlob. Manitus, Gebdens.  
*Judæus.* Joh. Christian. Beutel/ Mijn.  
*Piscator I.* Joh. Daniel Moriß/ <sup>ueya-</sup> Thimilicens.  
*Piscator II.* Christ. Ziegenbalg/ <sup>ueya-</sup> Rhörsdorp.  
*Molitor.* Christian. Welsch/ Geitha-Mijn.  
*Balneator.* Gottfr. Heinr. Pursch/ Pulsnic.  
*Æger I.* Paulus Gottschall/ Plaviâ-Varisc.  
*Æger II.* Joh. Ernest. Schubart, Seygerhütten.  
*Arithmeticus.* Joh. Christoph. Donat, Marieb.  
*Coquus.* Joh. Ernest. Hecht/ Scharffenberg.  
*Ganymedes.* Samuel Wenkel/ Geis.



~~Aa 19. 4°~~

ULB Halle  
004 780 213

3



TA-70

V517 m.c





(a) in vita  
Agricola  
c.30 §.4.

(b) sequi-  
mur opinio  
nem cum  
aliorū, tum  
præsertim  
Cl. Bern-  
hardi Vare-  
nii Geogr.  
General.

(c) Odyss. v. Χεδίη περοῖα μέγα λᾶγηα θαλάσσης (c) itaq; in κατονομασίᾳ  
celeberrimi hujus fluminis dissertatio hæc nostra impræ-  
fens



Erißimè Princeps Histori-  
corum & πολιτικῶν Tacitus:

Omne ianotum pro magnifico est.

a, quæ affi-  
& conte-  
n numero  
obtutibus.

umen So-  
theatrici vel  
im gignen-

atq; ve occi-  
contuentur  
vulgatum,

ntiendi vili  
humani uti-  
os multipli-

rtè vel stu-  
beneficium  
ræterflens

s vicinitate  
4 fa; tamen  
agnoscunt,

exputat cal-  
divini Nu-  
um summa

aterna pro-  
ris Discipu-  
o materiem

dæcloquen-  
item de cla-  
ne ita postu-

quid attulisse  
onos Auto-  
nigno beni-  
oferam.

liuturna jam  
ndicatur, in  
nos eorum

Cum verò  
tritum sit, antea  
nomen illius cur-

vestigia, licet fortasse non æquis paibous, persequamur.

Cumq; tam angustis chartis universam de Albi nostro di-

cendi seriem complecti velle, id verò esset

## KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT  
Black

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Inches  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Centimetres

theatrici vel  
im gignen-

atq; ve occi-  
contuentur  
vulgatum,

ntiendi vili  
humani uti-  
os multipli-

rtè vel stu-  
beneficium  
ræterflens

s vicinitate  
4 fa; tamen  
agnoscunt,

exputat cal-  
divini Nu-  
um summa

aterna pro-  
ris Discipu-  
o materiem

dæcloquen-  
item de cla-  
ne ita postu-

quid attulisse  
onos Auto-  
nigno beni-  
oferam.

liuturna jam  
ndicatur, in  
nos eorum

Cum verò  
tritum sit, antea  
nomen illius cur-

vestigia, licet fortasse non æquis paibous, persequamur.

Cumq; tam angustis chartis universam de Albi nostro di-

cendi seriem complecti velle, id verò esset